AUGUSTINUS. HUGO DE SANCTO VICTORE
Klosterneuburg, 1508 Seite 34v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=390
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



iudicet: et hoc est qd subdit. Si aut negauerit.
tunc negati adhibendi sunt alij. etiam coram omnibus.
vt iam possit no ab vno teste argui: sed a duobus
vel tribus conuinci. Conuictus vero secundum arbitrium
ppositi. ad cuius dispensacionis arbitrium ptinet:
debet emendatoriam subire vindictam. Qui blan
de castigat et no corrigit: necesse est ut acrius
corrigat. Cum dolore sananda vel abscidenda sunt.
que leniter sanari no possunt. Qui amonitus
secreto de pcto corrigi negligit. publice arguendus
est. vt vlnus qd occulte sanari nescit. manifeste
valeat emendari. Manifesta aut pcta: non sunt
occulta sananda purgacone. Palam aut arguendi
sunt. qui palam peccant. ut de aperta obiurgacone sa
net: et hij qui eos imitando deliquerunt corrigant.
Is aut q secreto amonitus corrigi noluerit. pub
lice conuictus debeat emendatoriam subire vindic
tam. Quam si ferre recusauerit. etiam si ipse no absces
serit: de vra societate proiciat. Non enim hoc fit
crudeliter sed misericorditer: ne contagione pestifera